



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

De Proposito Castitatis. Capvt II. [i. e. III.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

DE PROPOSITO CASTITATIS.

CAPVT II.

NEc longo post temporis interuallo Hroznata vir fortis animi, & constantis, ob mortem vxoris, & filij luctum, & mœrorem, habitum deposuit, suumque iactans in Dominum cogitatum, sagaciter disqui iereba, tqualiter de tãtis rebus sibi à Deo collatis, tam rationaliter ordinaret, vt conspectui diuino placeret. Hæc apud se sollicitè cogitans dictum Apost. mente reuoluit: *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.* Sicq; in castitatis proposito cõfirmatus, labentis mundi itatum, & breuitatem vitæ humanæ, ad cordis oculos reducebat, moxque mutatur in virum perfectum, ex intimis cordis penetralibus spem omnem quam habebat in sæculo dereliquit: iam non vxorem, non honorem, nõ diuitias mundi quærens; soli Deo placere studebat, ex illo grege fieri cupiens quem Dominus in Euangelio alloquitur, ita dicens: *Nolite timere pusillus grex, quoniam placuit patri vestro tradere vobis regnũ;* & quia nescit tarda molimina, S. Spiritus gratia, q̄ corde, Dño inspirate concepit, id eodẽ cooperate, ope ipso intrepidè adimpleuit